Vol. I. fol. 275 r°

275 r°

si loquutus fuerit homo deuo
rabitur. At nunc non uident
lucem. subito aer cogitur in nu
bes. et uentus transiens fugabit
eas. Ab aquilone aurum ueniet.
et ad deum formidolosa laudatio.
Digne eum inuenire non possumus. mag
nus fortitudine et iudicio et ius
ticia. et enarrari non potest. Ideo
timebunt eum uiri. et non au
debunt contemplari omnes qui
sibi uidentur esse sapientes.

h. Ab aquilone nubes aureo fulgore superbis magna gloria et honor omnipotentis.

xxxviii

Respondens autem dominus iob de turbine.
Quis est iste dixit. lib. xxviii
inuoluens sententias ser
monibus inperitis. Accinge
sicut uir lumbos tuos. Interroga
bo te. et responde mihi. Ubi eras quando
ponebam fundamenta terre. In
dica mihi si habes intelligentiam.
Quis posuit mensuras eius si nosti.
uel quis tetendit super eam lineam.

h. quis posuit [illegible] sic clausit quis est qui indu[illegible] [illegible] lumine eius contexit.

Super quo bases illius solidate sunt.
aut quis dimisit lapidem an
gularem eius. Cum me lauda
rent simul astra matutina. et
iubilarent omnes filii dei. Quis

h. Obstat autem mare portis quando fremeret et de uentre matris prodiret

conclusit hostiis mare quan
do erumpebat quasi de uulua
procedens. Cum ponerem nubem
uestimentum eius. et caligine illud
quasi pannis infantie obuolue
rem. Circumdedi illud terminis
meis. et posui uectem et hostia.

h. Deprehende alas terre et excute impios ex ea. Aut accipiens terre lutum finxisti adam inanimem et inanimatum eum posuisti super terram.

Et dixi. huc usque lib. xxviii
uenies. et non procedes am
plius. et hic confringes
tumentes fluctus tuos. Numquid
post ortum tuum precepisti dilu
culo. et ostendisti aurore locum
suum. Numquid tenuisti concu
tiens extrema terre. et excussisti im
pios ex ea. Restituetur ut lutum
signaculum. et stabit sicut uestimen
tum. Auferetur ab impiis lux sua.
et brachium excelsum confringe
tur. Numquid ingressus es pro
funda maris. et in nouissimis ba
bissi deambulasti. Numquid
aperte sunt tibi porte mortis. et hos
tia tenebrosa uidisti. Numquid
considerasti latitudinem terre. Indi
ca mihi si nosti omnia. in qua uia
habitet lux. et tenebrarum quis
locus sit. Ut ducas unumquodque
ad terminos suos. et intelligas se
mitas domus eius. Sciebas tunc
quod nasciturus esses. et numerum die
rum tuorum noueras. Numquid
ingressus es thesauros niuis.
aut thesauros grandinis aspe
xisti. que preparaui in tempus hostis in
diem pugne et belli. Per quam
uiam spargitur lux. diuiditur estus
super terram. Quis dedit uehemen
tissimo imbri cursum et uiam so
nantis tonitrui ut plueret super

h. Uenisti autem super fontem maris in uestigiis abyssi ambulasti. Aperiuntur autem tibi timore porte mortis custodes autem inferni uidentes te stupuerunt.

h. quis autem parauit pluuie largo fluuium uiam autem tempestatis.

2011 Ministerio de Cultura